

cepti; à vulgato dicitur huiusmodi missionem Davidem non præcipisse? Ex Tautologie textu elucebit difficultatis solutio. *Præceptum præceptum dicitur: indicatur esse posse præcepta sine præcepto. Non præcipitur, quod præcipitur, modò index præcipiat extra legem, iuris excludens in præcepto directionem: quandoquidem in decretis nulla præcipiendo præcepta; quia non præcepta vulnerata iustitia. Quicquid iuxta legem iubent Reges, vim habet iuris: quando delirant, ipsa præcepta sunt iura furentis: Davideque præ lascivia furenti, nullo modo dicitur in præcepto præcipisse; quia demonstrans auctoramine in iustitia respectum, adversus ipsam iustitiam in sinu fovebat gladium. Apud Lacedæmones iuxta Ephorum systium (senaculum, ait Plutarch. in Cleomen.) Ti-*

3. Reg. 2.
43.
A iustitia non præcipitur, que vincatur.

Plutarch.



moris sanum dedicatum fuit. Videbatur aprius iuxta sedes iudicium Quietis, Pacis, vel Felicitatis sacellum; expeditis ab Ephoris causis, iuxta regulas iuris: imagoque obviat formidinis & timoris, iuxta tribunal iustitiæ, quo in quietem civium dirimuntur causæ: quia sepe sollicitantibus iustitiæ integerrimum decretum, sub toga iudices servant in vulnera gladium. Quidni timor si vulnus imminet? Foveat timorem, an titulo iustitiæ vibretur fulmen. Videtur index intentione bonus, sed latet gladius. Apparet sensus compos in causa iuris, sed centet in vulnus legis. Unde huiusmodi instabilitas, si recta iustitia in causam rectam?

Rursus rursus mentis sensus Mutatus secundum auram,

Euripid. in Alceste, v. 1201.

Iuxta iustitiæ senaculum, timoris sacellum

TAUTOLOGIA SECUNDA.

ÆDIFICANS ÆDIFICAVI DOMUM.

3. Reg. 8. v. 13.

EXPOSITIO LITERÆ.



ECCURRIT inter Mondis mirabilia mirabilis, Templi Salomonici, videlicet, opus: igitur ut terminus artis, pulchritudinis & opulentis, cuncta superavit eximie: intra illud tota continebatur venusti orbis elegantia; & extra illud, etiam pulcherrima, nihil omnia. Quæ divisa famigerata mundus præconizavit, collecta fuere in stuporem mirantium.

Templum Salomonici - cum opus eximium.

Inventa quicquid condidit manus, cælum est.

Martial.

Magnificentia vera admiratio extat Ephesia Diana templum (ait Plin. lib. 36. cap. 14.) ducentis viginti annis factum à to-

Diana Ephe- sine.

ta Asia. Summa miracula, epistylia tanta molis attolit potuisse. Difficillimè hoc contigit in lumine ipso, quod foribus imponebat: etenim ea maxima moles fuit, anxio artifice, mortis destinatione supremâ (Mirum, si fabula non ingereretur) Traduntque, in ea cogitatione fessum nocturno tempore in quiete vidisse Deam, cui templum fiebat, hortantem ut viveret: se composuisse lapidem: atque ita postero die apparuit, pondereque ipse correctus videbatur. Plautus Callimachus Hymn. in Dian. v. 248.

Plin.

Circa statuum quam Amazones erexerant, Ædificatum lati fundi templum est, Quo nullum divinius aspiciet Oriens, Neque ullum opulentius.

Callimach.

Quid cum templo Salomonis? Consummatum in brevi, explevit tempora multa, igitur septem annis, septemque mensibus consummatum eximium mirabile opus: 3. Reg. 6. à v. 37. labore & industria 180. mill. virorum, ultra servos Hiram Tyri Regis, qui iuxta Euseb. 9. de Preparat. Evangel. cap. ult. fuere octoginta mill. eodemque numero Ægyptij, missi à Pharaone, quorum summa, 240. mill. exceptis præpositis operum, qui trium millium & trecentorum numero, ut dicitur, cap. 5. 16. Nec caspices, eò quòd 2. Paralip. 2. 18. Sexcenti dicantur: igitur ex his trecenti erant præfides præsidum 3300. mill. quos completur sexcentorum supra tria millia. Ita Varab. Salian. & Alapid. Totum describitur loc. cit. à v. 17. *Inventi sunt centum quinquaginta tria millia & sexcenti: scilicetque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent; & octoginta millia, qui lapides in montibus caderent: tria autem millia & sexcentos præpositos operum populi. Unde patet trecentos, horum præpositos fuisse, uti dicitur loc. cit. Reg.*

2. Paral. 2.

18.

Quos operarij in templo Salomonis

vid

2 In huiusmodi fabrica verum, quod in Dianæ basilica, ut commendaretur, factum. Divinâ providentiâ factum est (inquit Theodoret. hic quæst. 21. 22.) ut eiusmodi sua sponte nati lapides, adeo ut ad eos compingendos nullo ferro opus fuerit, sed absque ulla arte ædificandi inter se aptè coniungerentur. Idem referunt Procop. & S. Ephrem serm. de Margarit. pretios. Pined. lib. 5. de Reb. Salomon. sect. 15. n. 91. Alap. & Isidor. Clar. Respuunt enim, ut par est, nugas Rabbiorum, asserentium lapides ad lubitum sanguine vermiculi (Samir. seu Ianni, cuius conditionem novit Salomon includens pullum Struthionis in vitrum, quod sanguine Samir à parente stam fractum. Meminit Lyran. in Ezech. 3. 8. & R. Maimon.) secari, quemadmodum crystallus adamantis cuspidè frangitur. Samir enim in Hebr. Adamas dicitur, & exponi quit intellectuâ notâ comparationis: scilicet, sicut dividitur æqualiter recta lineâ vitrum, crystallusve adamantis virtute; haud aliter in lapidicinis inveniebantur dolati & politi lapides, potissime Dei providentiâ in opus hocce mirabile vigilanter intendente. Totum opus magis Deo, quam Salomone

Theodor.

Vermiculi Samir conditi.

Vatabl.

architecto. Unde David huic fabricam commendans, dixit : Omnia venerunt scripta manu Domini ad me. 1. Paralip. 28. 19. Ubi Vatablus subdit: Deus scriptis manu sua, & digito suo, ut Davidem illam familiaris doceret. Cunctorum quippe descriptionem, mensuram, & pondus, materiamque singularum rerum tradidit filio, ut dicitur loc. cit. referretque Iosephus 7. Antiq. cap. 11. ita ut nihil ultra vel citra exemplar à Numine traditum, in cunctis & singulis fieret.

Distributio templi Salomonici. Atrium, & eius supellex.

De templo Salomonis plures egerunt: at formam brevi describam, ut constet nescientibus dispositionis ordo, relictis antilogijs suo loco. Ferè in distributione templum imitabatur Tabernaculum : qua de causa dictum templum Tabernaculum stabile, & Tabernaculum fœderis templum mobile. Tres enim partes habebat, Atrium, Sanctum & Oraculum, quod etiam dicebatur Sancta-Sanctorum. Atrium erat sub dio: hinc ornatum porticibus ad latera tectis, ut in illas sese plebs recipere posset tempore pluvio. Dicebatur etiam Vestibulum interius, in quod nequibat ingredi nisi Hebræi & mundi. Dividebatur hoc atrium muro trium cubitorum altitudinis, ita ut à muro usque ad portam sacram esset laicorum, in cuius medio sedes, seu thronus Regis : à muro verò usque ad Sanctum esset sacerdotum & Levitarum ; quod quidem conspectui laicorum patulum, ut prospicerent ministros & eorum in sacrificijs ac oblationibus sacras functiones. Hic erat Altare holocaustorum, Mare æneum in latere dextro, concha area in latere sinistro, quæ fuit Tabernaculi, facta de speculis mulierum ; simulque conchæ aliæ decem à Salomone ex ære fuse inter quarum coronulas leones, boves & Cherubim erant. Hic etiam duæ columnæ Boöz & Iachin : & suggesta Cantorum, iuxta porticum templi, idest, Sancti. Hoc in loco interfectus Zacharias, sicut in parte laica huius atrij Christum lapidare voluerunt: quo in spatio ad meridiem erat Domus Concilij Seniorum, & in lateribus exedræ, è quibus communi deposita veste, sacras in manus Sacerdotum fumebant. In porta sacra præfacta, Græcè & Latine, tempore Christi erat incisum: Omnis alienigena transiens hunc locum morte moriatur. Hoc atrium dicebatur factum, ad distinctionem Atrij Gentium prodromi ad Sacrum, in quo erat Gazophylacium, seu Corbona ; ubi indicavit & absolvit adulteram Servator N. simulque, ut aliterer signis divinitatem, fulgore ex eius oculis, facieque radiante, ut ait Hieronym. in Matth. 21. 23. facta ex funiculo flagello, eiecit è templo vendentes & ementes. Porta huius atrij dicebatur Speciosa, quippe maior, omnibusque alijs pulchrior, ante quam Herodes Maior collocavit ingentis ponderis Aquilam auream, fomitem multorum cædis, de quo Iosephus, Antiq. 17. cap. 8. In opposita porta occidentali erat horologium Achaz, quod fecerat ex altari æneo holocaustorum à Salomone extructo, & in quo factum miraculum in signum sanitatis filij eius Ezechia.

Atrium Gentium. Matth. 21. 23.

Sanctum seu Domus exterior, eiusque ornatus.

Secunda pars templi Sanctum dicta, seu Domus exterior habebat fores aureas, pavimentum tabulis abiëgnis, aureis laminis tectum, parietes ex lapide polito, dicto Prætiolo, idest, raro, & peregrino, vestitis cedrinâ materiâ, quam coöperiebant laminæ ex auro, in quibus insculpta Cherubim, palmæ & flores, cæsturisque varijs, picturisque diversis, quæ spectantes mirâ delectatione afficiebant : tanta enim summitate ac subtilitate cuncta expressa, ut agitari quodammodo viderentur. Superne divite tecto operum totum Sanctum. In huius spatio erat Altare thymiamatis, seu Incensij, aureum contra velum pretiosissimum operiens Sancta-Sanctorum ; in quo quotidie manè & vespere thymiana Domino adolebatur. Altare erat in medio Sancti, & in Aquilonari parte Mensa aurea panum duodecim Propositionis, super quos impositæ duæ phialæ aureæ, thure repletæ ; sicut in latere meridionali Candelabrum aureum septriceps, totidem lucernis rutilans. Ibi etiam erat fons in latere dextro aquæ perennis, cuius aqua per subterraneos tubos derivabatur in Concham & Mare æneum, collocata in Atrio Sacerdotum. Alapide placuit, in templo fuisse decem mensas, & totidem candelabra, de candelabris decem, quinque ad dexteram & quinque ad sinistram, loquitur textus, 3. Reg. 7. 49. de decem mensis, 2. Paralip. 4. 8. & 19. Idem ex textu Sanctius n. 46. Videtis in 3. Reg. 6. 1.

Oraculum seu Sancta-Sanctorum.

Tercia pars templi, quæ omnino prima, quia principalior & scopus cæterarum, dicta Oraculum, Domus interior, sive Sancta-Sanctorum, habebat pavimentum primò mirmore stratum, & tabulis abietis incrustatum, quæ tabulæ tegebantur laminis aureis. Parietes sicut fabrica Domus exterioris ; præter clavos aureos ad modum papillarum, quibus aureæ laminæ figebantur : qui quidem clavi erant vertiles, & vertilia foramina (Hispanice : De tornello, mueña, porquetas) ut cogitat Riber. de Templ. 1. cap. 12. In laminis insculpta erant splendido opere Cherubim, palmæ, flores, & gemmæ, quarum fulgore rutila-

tilabat spatium, sicut firmamentum splendore stellarum. Hac de causa oblatos refert Davidi, cogitanti & molem, & in eius ornatum singularem pulchritudinem, lapillos pretiosos à Principibus Tribuum ; Ioseph d. lib. 7. cap. 11. Preparatis à Davide (subdit) smaragdus, alijsque omni generis gemmis. Clarius profert, lib. 8. cap. 2. ubi refert formam domus Salomonis. Auro (inquit) atque argento constabat, dispositis per parietes & laquearia varijs lapillis, auro inclusis, quemadmodum & in ornatu templi factum fuerat. Abulen. consule in 1. Paralip. 29. quest. 5. Burgenf. hic, & Theodoret. ubi supr. In ingressu Oraculi erant post velum (pulchrâ varietate contextum, imaginibus Cherubim & florum) duo ostia de lignis olivarum (in quibus etiam ostiola) quorum moles ornabatur sculpsurâ Cherubim, palmarum & foliorum prominentium, quæ vocantur in Scriptura Anagypha, (Hispanice, Follage) totumque auro tectum. Intra Oraculum, Arca fœderis, Propitiatorium, quod operculum Arce, dictum Sedes Dei & Oraculum, quia inde Deus loquebatur & oracula dabat ; & duo Cherubim gloriæ, Angelico relucentes splendore, specie maris & femine (ut placet Ar. Montano in Noab) expansis alis ex utraque parte Arce, & versis vultibus in exteriorem domum, sive Sanctum. Paulus autem ad Hebr. 9. à v. 3. inquit: Post velamentum, Tabernaculum, quod dicitur Sancta-Sanctorum, aurem habens thuribulum, & Arcam testamenti, circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea, habens Manâ, & virga Aëron quæ produerat, & tabula testamenti superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia Propitiatorium. In Sancta-Sanctorum denique semel in anno infidebatur Summus Sacerdos in die expiationis. Hæc perstrictim de templo, ampliora si desiderantur, videndi Expositores in 3. Reg. à cap. 6. & in 1. Paralip. à cap. 2. Riber. de Templ. lib. 1. & 2. Pined. lib. 5. de Reb. Salomon, cap. 5. Batrad. Tom. 2. Concord. Evangel. lib. 3. à cap. 9. Azor, Tom. 1. Insit. moral. lib. 6. à cap. 24. Salmer. Prolegom. 42. Villalpand. Tom. 2. in Ezechiel. Ar. Montan. Appar. libell. Ariel. & Aëron. Adrichomiusque in Ierusalem, à n. 75. Totum ergo templum vigeat auro, quia pretiosius metallum Domino summo. Canonicè vel Ethnice, 1. Esstor. v. 223.

Ornamenta Iosephi.

Supellectilia.

Nos quoque templa iuvant, quasvis antiqua probemus; Aurea maiestas convenit ipsa Deo.

Ovid.

Quam augustum, mirabileque templum Ierofolymitanum, vel delirus in res Iudaicas, Deumque summum, Optimæ & Maximæ faceret Tacitus, 5. Histor. cap. 8. inquit: Illic immenso palentia templum. Intimis clausum, ad fores tantum Iudæo aditus: limine, præter sacerdotes, arebatur. Hoccine terreste cælum, orbisque miraculum crexisse à pulvere gaudibus profert Salomon, dicens in dedicatione templi, consumpris sacrificijs ætherico igne, cordeque inflamato à Deo: Adificans adificavi domum in habitaculum tuum firmissimum salum tuum in sepiternum.

Tacitè

3. Reg. 8. 13

En Tautologia: Adificans adificavi. Vox exultantis est (quia minister tanti operis electus à Domino, cuius cor urgebat in lætitiâ perfectionis consummatio) sed exultatio cordis humilis, rependens de obsequio Domino grates: quandoquidem sese exhibit Numini gratum, quasi non fecisset, sed recepisset obsequium: iurè quidem. Frequenter Genetes quæ in Dijs Deum non norunt, de donis etia Numina gloriantur: expectanturque avidè pro maiestate à creditore honos; quippequam Deos habent obsequijs obstrictos. Hinc Ovid. d. lib. 2. à v. 63.

Prima expositio.

Templorum postor, templorum sancte reperor, Sic Superis, opto, mutua cura tui. Dent tibi cœlestes, quos tu cœlestibus annos. Proque tua maneant in statione domo.

Ovid.

Longè ab huiusmodi vanitate animus Salomonis. Nihil fecisse dicit, nisi edificasse: additque, edificasse adificatione; quippe Dei, & non ipsius adificationis expensæ. Adificat, qui facit sumptum in adificium: adificat adificatione, qui sine impendio ponit tantum minierium. Acceptio apud Martialem invenitur, lib. 9. Epigramm. 47. in Gellium. Gellius adificat semper, modò limina ponit, Nunc foribus claves aptat, emitte que seras: Nunc bas, nunc illas mutat, refectique fenestras; Dum tamen adificet, quidlibet ille facit Oranti nullus ut dicere possit amico, Unum illud verbum Gellius, Adifico.

Salomon adificationem tempii ex-poneit, quasi nihil fecisset.

Martialis

Ubi Raderus : Adifico: hinc opus est presenti pecunia. Inunguntur necessarid proprie adificationi expensæ. Quid Salomon in hac adificatione? Adificatio, quæ est actus adificandi.

Rader.

1. Paral. 29. 16.

di. Intende. Hæc copia, quam paravimus, ut edificaretur domus nomini sancto tuo (dicebat David) de manu tua est, & tua sunt omnia. Tua divitiæ, tua est gloria: que de manu tua accepimus, dedimus tibi. Deo Salomon, quæ Dei, sacravit, in templi edificatione: tantumque protret edificationem in eximia edificatione templi; quia nihil est ex opibus proprium, dum illis Numini edificavit opulentum edificium.

Ibid. Liberalitas David, & Principum tribuum.

7 Roboratur ex eo quod huiusmodi edificium dicitur opus David & Principum Israël: causaque exponitur, ibid. à v. 3. ubi David inquit: Super hæc qua obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum & argentum do in templum Dei mei tria millia talenta auri de auro Opbir & septem millia talentorum argenti probatissimi. Itaque Princeps familiarum & Procures Tribuum dederunt in opera Domus Domini, auri talenta quinque millia & solidos decem millia: argenti talenta decem millia. Hinc constat, opus dici eorum qui in opus obrulerunt expensas: cumque Salomon illis tantum uteretur in templi erectionem, duntaxat sibi tribuit actum erigendi. Longissimè erat à vanitate Domitiani, de quo impudenter Martialis (haud blandimen par audivi: cognovit sanè Principis genium, & si mul cognoscimus Vatis sine fronte studium) accinit lib. 9. Epigram. 4.

Martial.

Quantum iam Superis, Caesar, coeloque dedisti,
Si repetas, & si creditor esse velis;
Grandis in æthero licet auctio fiat Olympo,
Coganturque Dei vendere quicquid habent;
Turbabit Atlas, & non erit uncia tota,
Dedat tecum qua pater ipse Deum.
Pro Capitolis quia enim tibi solvere templis
Quid pro Tarpeia frondis honore potest?
Expectes & sustineas, Auguste, necesse est:
Nam tibi quo solvat, non habet arca Iovis.

In cælum posuit os suum, dum quæ venerabatur Numina, tanta ad Cæsaris meritum dicit laborasse inopia. Quærebatur Cæsar gloriam de Deorum edifijs, tot in eorum decus expensis, quasi non daret à Deo, ut in templorum splendentium dona collocaret, sed crederet. Animus Salomonis omninò citra huiusmodi propositum; in clytium erexit vero Numini templum: & quasi nihil egisset, haud asserit edificasse, sed quod edificaverit tantum edificatione. Hæc prima, singularisque Tautologia expositio: in alias, præmittendæ edificantis acceptiones.

Hieronym.

8 Edificare sumitur in Scriptura pro fecunditate in prolem. Diligenter nota (inquit Hieronym. in Tradition. Hebraic. in Genes.) quod pro procreatione filiorum in Hebreo edificatio scripta est. Hinc ad illud Genes. 16. 2. Concluserunt me Dominus, ne parerem: ingredi ad ancillam meam, si forte ex illa suscipiam filios: Hebr. legit: Si quomodo adificet ex ea. Idem cap. 30. 3. Quo sensu etiam accipit Hieronym. illud Exod. 1.

Hebr.

20. Deus edificavit eis domos. Dedit scilicet sobolem. Deuter. 25. 9. Sic fiet homini, qui non adificat domum fratris sui: hoc est, qui non suscitavit semen in vidua fratris sui. Clare Ruth. 4. 11. Faciat Dominus hanc mulierem, qua ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam, qua edificaverunt domum Israël. 2. Reg. 7. 11. Prædicat tibi Dominus, quod domum faciat tibi. Ubi Maluend. Dabit tibi successorem: de quo David gloriatur, Psalm. 88. 5. Usque in æternum (dixit Deus) preparabo semen tuum, & adificabo in generationem & generationem fidem tuam. Usquequaque hæc locutio in Scriptura, quippe filij & successores, mortalitate parentum, genus suscitant, ut non cadat quasi domus inhabitata domus splendor. Unde Tacit. 4. Histor. cap. 52. Non legiones, non classes, perinde firma imperij monumenta, quam numerus liberorum. Euripid. Iphigen. in Taur. v. 57.

Adificare pro gignere.

Tacit.

Columnæ familiarum sunt liberi masculi.
Quia cum illis continuatur familia splendor, & sine illis aut languet, aut corrumpit.
Laus est Magno in genere, & divitijs maximis,
Liberos educare, generi monumentum & sibi.

Plant. filij familiarum columnæ.

Ait Plaut. in Milit. Act. 3. scen. 1. v. 109. Acceptio etiam domus pro genere apud Virgil. 1. Aeneid. v. 288. Domus Assaraci, idest, genus, & Assaraci filij: unde primus in genere dicitur Auctor. Idem lib. 7. v. 49. Tu sanguinis ultimus auctor. Ultimus, idest, primus & principalis. Vid. hic La-Zerd. n. 4. Metaphorâ edifiij, qui genitor dicitur faber, Plaut. in Mustellar. Act. 1. scen. 2. à v. 38.

Homines adium esse similes, arbori remini.

Primum, dum parentes fabri liberum sunt,
Et fundamentum sustraunt liberorum;
Nec sumptus tibi sumptus esse ducunt.
Nam ego ad illud frugi, probasque fui,
In fabricorum pote stare dum ful.

Plaut.

Hoc in sensu interpretatur Taubmann. Propter splendoris continuationem filij etiam significantur Lucroz. 3. Reg. 11. 36-15. 4. 2. Paral. 21. 7. & Psalm. 117. 29. Adi. Tom. 5. T. 1. 1. n. 9. Iust. Lips. 1. Elektor. cap. 24. Lumen de filijs eleganter dicitur. Felus verb. Orba, inquit Orba est, qua patrem, aut matrem, aut filios quasi lumen amittit. Aufonius in Parental. Epigramm. 4.

Et lucerna.

Iust. Lips. Felus.

Amisum festi post trina decennia natum:
Saucius, ac laevo lumine cassus, eras.

Aufon.

9 Haud in hac acceptione sensus nostræ Tautologia; sed mysticè signat sacramentum singulare; Virginis scilicet Mariæ, quæ sine edificatione edificavit templum, in quo inhabitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Nulla femina sine edificatione edificat. Unde Virgo Angelo dixit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? In hoc maximam & inauditum miraculum; quippe sine ulla ex viro edificatione, virile prodigiosum edifiçium. In edificatione & structura templi corporis Christi, sicut in Salomonico templo, malleus & securis non sunt audita. Concepit & peperit salvâ virginitate (Spiritus almi arcana virtute) cuius prole edificavit domum, divinisimum templum: verum edificavit sine ulla edificatione; igitur Virgo peperit sine ullo suscepto semine. In rem Venantius Fortunat. de Gaudijs & spe vit. ætern. v. 57.

Mariæ clarissimæ, linguæ Loris maternæ virginis.

Templa Creatoris sunt membra pudica puellarum
Atque habitat propius tale cubile Deum.
Virginitas felix, qua partu est digna Tonantis,
Quæ meruit Dominum progenerare suum.
Sara, Rebecca, Rachel, Esther, Judith, Anna, Noëmiis
Quantis præcipue vulmen ad astra levant;
Nulla tamen meruit mundi generare parentem:
Quæ Dominum peperit clausa Maria manet.

Venant.

Ita enim singulari modo, domum & templum edificavit Virgo; ut & constaret ab hac edificatione, cuius erat semen, & Christi edificante Virgine, ex semine David secundum carnem.

10 Cæterùm unde constat? Mathæus qui libram confecit generationis Iesu Christi, refert, ut iacet generationem Iosephi, viri Iesu-Christi matris, quæ non concepit de viro, sed miraculosè de Spiritu-Sancto: qua de causa dicitur illi: Quod in ea natum est, de Spiritu-Sancto est. cap. 1. 20. Quorsum ergo huiusmodi generationis in libro Christi generationis descriptio, à quo expungitur Iesu-Christi generatio? Nec inquit intelligentiam notitia ex Luca: tum quia Iesus non erat, sed putabatur filius Ioseph: cum quia Iosephi ortigo per Nathan, filij David à Luca signatur; & per Salomonem à Mattheo studiosè describitur: nequitque Ioseph ab utroque procedere. Tum demùm, quia pater eius ab hoc dicitur Iacob, & ab illo designatur Heli; nequitque esse utriusque. Miror, quanta dixerit & PP. & Expositores. Ex his quotæ cognitiones sine intellectu, fingentes binomia, trinomia, fitiationes legales & adoptivas, generationes phantasticas, præcipiti ratiocinio, & sæpe vigili somnio, atrectantes unguibus, atque collisus pariteribus? Ostendere volunt altissimam antilogiarum concordiam, & vagæ, facillis cogitationis, buccis crepantibus demonstrant dimentiam, vel summam sacræ & profanæ litteraturæ ignorantiam. Unde officianter rextus afficientes, quæ in eis glomerata plicant, plicantes inextricabiliter replicant, sæpe expositionibus voluntarijs complicant, & demùm infertis complicationibus explicant, promentes labyrinthi aureo filo expositionem; quàm adducunt legentes avidos veritatis, in tenebras & non in lucem. Acurem profectò attingerent; si qua necessaria in Scripturarum explanationem studerent. Ad dicunt inepta, plauduntque quia dicunt, vel sine ulla reflexione relata referunt.

Math. 1. 20. Luca. 3. 23.

Cur dicitur liber generationis Iesu-Christi, in quo nihil ad Christi generatio...

11 Evangelistarum testimonia, quæ primo aspectu videntur opposita, propositum generationum atrectantur. Patris Christi putativi, qui verè vir matris virginis, huiusque series generationis utriusque Evangelistæ in institutum scopus. Lineam putativam refert Lucas, generatione naturali usque ad Ioseph (virum Mariæ, de qua natus est Iesus) filium naturalem Heli. Mathæus lineam naturalem Virginis, Christi matris, filij Iacob, seu Ioâchîm; ut pateret generatio Iesu Christi, filij David, ex linea putativa per Nathan; atque ex natura.

naturali traduce per Salomonem. Unde quoad exteriorem etiam opinionem Christus filius David per Ioseph, qui matris vir: & quoad carnem, ex matre Virgine per Salomonem; quin audiatur Ioann. Annius, alioquin eruditissimus, qui in Commentar. Philon. de *Temporib.* seu *Breviar. tempor.* p. 2. asserit morte Ochoziz extinctam fuisse posteritatem Salomonis, regnumque devenisse posteris Nathan, filij David vocatis Abisalarim. Cum Ioseph dicitur filius Iacob, seu Ioachim, patris Virginis Mariæ; intelligendus filius naturalis Heli, quæ vir filia Ioachim, seu filius civilis (non legalis, ut voluit aliqui, sine fulcro cogitationis; nec adoptivus, uti alijs placuit, & vigiliis somnio) idest, gener Ioachim, qui frequenter dicitur filius. Astruit, licet non probet Suarius in 3. p. q. 27. art. 1. disp. 2. sect. 3. n. 10. dicens: *Filius, ratione coniugij cum beata Virgine (cuius naturalis pater Ioachim, quem vocat Mattheus Iacob) sic enim gener socerum suum patrem vocare consuevit. Multo ergo facilius exponi potest, quod sit filius ut ita dicam, coniugalis, & quodammodo naturalis iure matrimonij.* Alapide in re tanti momenti sententiam prius impugnatam amplectitur, iniquens: *Dicitur filius, idest gener: pater, idest socer. Heli enim per acopen idem est ac Ioachim, maritus B. Annæ, & pater B. Virginis, cuius maritus erat Ioseph: ideoque gener Ioachim & Annæ.*

12 Tam hic, quam Suarius invertunt ordinem, constituentes Iacob patrem naturalem Ioseph, & Heli patrem naturalem Virginis, in quo cæcutiunt. *Est verisimile* (subdit eximius, & iuri Doctor) *cum Mattheus enarrasset naturalem gentilogiam Ioseph, quæ ad Christum comparata, legalis quodammodo dici potest, Lucam è contrario veluti legale originem Ioseph, naturalem autem Christi descripsisset. Cæcutiunt, inquam, & quoad entitatem, quia Ioseph filius Heli, & non Iacob; cum Christus putaretur filius Ioseph naturalis, sicut Ioseph erat filius naturalis Heli, & quoad urgentis argumenti solutionem; quandoquidem nihil ad Christi generationem ex matre virgine, Virginis vir, five fuerit filius Iacob, five fuerit filius Heli.*

*Conspiciet fide, nullo se femine lufit.
Et quo factus homo est, non fuit alter homo.
Hæc sua membra putans, qua nulla iniuria fuscatur:
Quæ neque sunt alio participata viro.*

Ita Venant. quo supr. v. 53. & 71. Pro omnibus ergo respondendum est, ex astructa etiam ab illis acceptione vocis filij, pro generis genero.

13 Gener dicitur quasi alieni generis propagator: adhibetur enim ad genus adificandum iuxta Fessum, Passeratium & Pollucem in *Onomastic.* lib. 3. cap. 2. Gener dicitur, quia matrimonij affinitate ad genus pertinet. ff. de *Verbor. significat.* l. 1. 36. Pavonius, *Diffin.* *Isagogie.* p. 2. n. 545 21. *De familia appellatione venit gener & nurus.* Tusch. lit. E. Conclus. 75. à n. 2. & leg. ult. C. de *Verbor. significat.* Menoch. de *Præsumpt.* lib. 4. Pres. 83. n. 12. Barbof. de *Appellatio.* 94. à n. 33. Vox igitur fideine, quia generatio proprie intelligitur de viro, non de femina; ut idem refert ex DD. var. in Repertor. Verb. *Generatio*: sub eademque voce fusc Tusch. Sat ex Civilibus: modo astruendum testimonijs sacris, ut facta clareant. *Nurus* erant Noëmi Ruth & Orpha, quibus sacrus dicit: *Filie mi.* Ruth. 1. 11. & 12. *Nec dimittam* (dicit Sponsa Ægyptia Dilectum Sponsum, Cant. 3. 4.) *donec introducam illum in domum matris mee* (idest, focrus) & in cubiculum genitricis mee. Vid. quo diximus Tom. 5. T. 2. n. 3. & Sanctum loc. cit. qui in Paraphrasi, ait: *Matrem meam appello, quæ Sponsi mater est; quia deinceps mihi futura est pro matre.* Idem intelligendum, dum dicit Sponsus, cap. 6. 8. *Una est matri suæ, relecta genitrici suæ.* Perspicuus illa, dum cap. 2. 2. sibi complacet de electione, & voti felicitate: igitur cum muli eius ambirent nuptias, ut generi Regis essent, Sponsum electum extollit, alloquens: *Sicut malus inter ligna silvarum sic dilectus meus inter filios.* Filij enim dicuntur, qui propagatores generis. Unde cum gener & nurus veniant de familia appellatione; sicut gener inter filios, sic Sponsa, quæ matris Sponsi nurus, numeratur inter filios. Adhuc addam testimonium, & insignia, cum Astrologiæ naturali expositione.

14 Isai, seu Iesse pater David tantum habuit septem filios, ex quibus septimus David. 1. Paral. 2. 14. Octo referuntur 1. Reg. 17. 12. *David erat filius viri Ephratbat, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios.* Quomodo septem & simul octo? Habebat domi generum maritum Sarviæ, matris Ioab, Abisai, & Asael, quem etiam obtulit inter filios, quasi filium suum, cum tantum esset vir filia, quando in eius domum venit Samuel, uncturus in regem Israël, unum de filijs Isai, quem Dominus elegerat. Patet ex textu. *Adduxit* (dicitur) *Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel: Non elegit Dominus ex istis. Nunquid completi sunt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus est parvulus; qui David*

Filius pro genero.

Suar.

Alapide.

Suar.

Venant.

Gener & nurus filius dicitur & filia.

Sand.

1. Paral. 2.

14.

1. Reg. 17.

12.

Cap. 16. d.

v. 10.

vid erat inter fratres septimus numeratus & ultimus: nequibatque esse septimus filius post septem; ni inter filios (uti filium ratione coniugij cum filia) focer nominasset, & Samueli generum exposuisset. Si per filios genus fulget, gener quoque ad genus pertinet. Ioseph numeratur inter fratres Iudæ Machabz, 2. Mach. 8. 22. quin de illo ulla mentio inter quinque filios Mathathia. lib. 1. cap. 2. à v. 2. Vir erat huius filiz, foreris Iudæ, qui dicitur frater: alias sex filij essent, & quinque tantum constant. Etiam inter Genes acceptio vocis. Quare ut filij naturales distinguerentur à civilibus, idest, à nuru & genero; aliquid addunt pro expressione discriminis. *O fili, filius verus natus.* Sophocl. in *Trachin.* v. 1085. Plaut. in *Trinum.* Prolog. v. 9. *Gnatam, gnatam:* hoc est, filiam naturalem: siquidem nurus & gener, etfi non naturales, vocantur filij. Alijs testimonijs illustrabimus, *Tom. seg. Tautolog.* 1. n. 27. Unde gigni aliquando dicitur, imitative ad genus, & metaphorice: proprie autem tunc signat numerare, destinare, aut insinuere. Isai. 49. 20. 21. *Filij sterilitatis tuæ. Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non pariens.* Idest; sterili quis istos destinavit ut filios? *Oscc. 5. 7. Filios alienos genuerunt.* Hoc est, pro suis numerarunt, aut reputarunt: alias signati, nequibant figurari alieni. 1. Cor. 4. 15. *Per evangelium ego vos genui:* nimirum filios adoptivi. Idem ad *Pibilem.* v. 10. *Haud fugit acceptio Profanos. Hæc est conditio mortalium* (inquit *Plin. lib. 7. cap. 52.*) *ad has & huiusmodi occasiones fortune gignitur:* idest, destinatur, Plaut. in *Pseudol.* Act. 4. scen. 1. à v. 1.

Sophocl. Plaut.

Gigni, pro insinuat

Plin.

Plaut.

Dij immortales voverunt esse auxilio adiutum, Cum te adiutorem genere mihi.

15 Patet genuine acceptio, ex qua tanti nodi solutio. De Ioachim dicitur, quod genuisset Ioseph, qui gener Ioachim, quia habuit virum filia sue Mariæ: genereque ad genus pertinet, potissime apud Hebræos, quos inter non erat mos (ait Chryfostom. Homil. 2. in *Matth.*) *generationum catalogum per feminas texere.* Unde cum genitum Ioachim Ioseph duxisset, qui gener, genitus dicitur, ut ordo generationis texeretur: hac enim de causa Christus putabatur filius Ioseph, igitur ordo naturalis generationis hoc ordine petebat, licet Christi generatio non sic: quia Christi generatio erat ex virgine, filia Ioachim, sed deponatâ Ioseph, quem dicitur genuisse Iacob, seu Ioachim, quia gener eius, genus ex filia ædificans, seu propagans; nisi Christi generatio aliter esset: hoc enim intutu filia nubit & gener in generis suscitacionem quaeritur. Perplecud ex *Virgil. 7. Æneid.* à v. 50. & 257.

Chryfost.

Quid Ioseph ad Christi generationem? Mach. 1. 18. Cui gener dicitur filium

*Filius huic factio Divum, prolesque virilis
Nulla fuit, primaque orlem è repta iuventa est.
Sola domum & tantas servabat filia sedes,
Iam matura viro iam plenis nubilus annis.
Multi illam magno è Latio totaque petebant
Ausonia: petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnis acis atavisque potens: quem Regia contax
Adiungi generum miro properabat amore,
Auspicijs: hinc progeniem virtute futuram
Ægrogiam, & votum qua viribus occupet orbem.
Hoc Latæ restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant.*

Virgil.

Nomen, idest, genus, quod ex filia à genero suscitatur, & cuius gratiâ, connubijque affinitate dicitur filius. Hac enim acceptione Ioseph, vir Mariæ dicitur filius Iacob, cum esset naturalis filius Heli: vel in sententia Suarij & Alapide dicitur filius Heli, idest, Ioachim, cuius gener (quod omnino displicet, quippe Christi generatio à David per Salomonem, & nequaquam per Natham) qui naturalis filius Iacob: quo patet in utraque sententia, generum in ordine ad generationem vocari filium, feminamque in catalogo non nominari: quia sub nomine generationis non veniunt femina, sed duntaxat viri. Hinc præcluduntur quælibet obiectiones, claretque Christus filius David tam ex parte patris putativi Ioseph, per Natham: quam ex parte genitricis per Salomonem, quo describitur liber generationis Iesu-Christi: concordantque Evangelistæ, quoniam *Christi generatio sic* (& non alter) *erat.* Migremus ergo in alias ædificacionis acceptiones.

Nomen pro genere.

Math. 1. 18

16 Adificare usurpatur sæpè apud pro ornare, nobilitate, illustrare, decorare, & augere. Hac enim metaphorâ dicitur *Psalm. 143. 12. Filia eorum composita: circumornata ut similitudo templi.* Hoc enim sensu Theodoret. *quest. 2.* & August. lib. 2. *Locution.* accipiunt illud *Exod. de quo num. 8. Deus edificavit eis domos?* hoc est, bonis auxit, illas obficat.

Adificare pro ornare & felicitare.

obstetrices ditavit. Zachar. 3. 15. Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem edificati sunt. Bonis scilicet nobilitati & illustres. Genes. 4. 26. Iste cepit invocare (Chald. edificare) nomen Domini. Auxit Dei cultum : propagatorque eximius dicitur auctor. Liqueet Daniel. 4. 27. ubi Nabuchus dicit : Nonne hac est Babylon magna, quam ego edificavi in domum Regni, & in gloria decoris mei? Quia Babylonem decoravit, insignibusque monumentis perpolvit, se ut edificatorem plaudit, quum Nemrod erexerit. *Fuit principium regni eius Babylon.* Genes. 10. 10. Vel Semiramis, ut ait Hieronymus, in 14. *Ijai.* & 2. *Osai.* Orosius lib. 2. cap. 6. Euseb. 9. de *Preparat. Evangel.* cap. 4. August. lib. 18. *Civ.* cap. 2. Ildor. 15. *Etymolog.* cap. 1. Ex Ethnicis Ammian. Marcell. lib. 23. 20. Iustin. lib. 1. *Q. Curt.* lib. 5. cap. 1. Ex Poëcis, Ovid. lib. 4. *Metam.* Fab. 4. & *Propert.* 3. *Eleg.* 1. 1. v. 21.

*Contiguas habuere domos, ubi dicitur altam
Cocilibus muris cinxisse Semiramis urbem,
Persarum statuit Babylona Semiramis urbem;
Ut solidam coëto tolleret aggeris opus.*

Idem de Roma, cuius conditor Romulus dicitur à Plutarcho, in eius *Vit.* & à Virgilio, 8; *Aeneid.* v. 313.

Tum Rex Evandrus Romana conditor arcis.

Conditor ergo Romulus signatur, quia rudem gentem sub Evandro adduxit in civilitatem; docuit politicam, vitam rationalem, decoravitque edificijs inculca loca, quorum cives animata saxa; ut in sequentibus innuit Poëta, Iustin. lib. 43. & Dionys. Halicarnass. lib. 1. cap. 14. De Caracalla dicit Ælius Spartian. in eius *Vit.* quod primus instituisse Romæ Sacra ludis, sibi que tacite obiectiõni respondet: *Sacra etiam maiore reverentiã celebravit, quam antea celebrabantur.* Pro quo quidem mirum mihi videtur, quemadmodum sacra *Isidis* primam pro hunc Romam venisse dicantur; cum Antoninus Commodus ita ea celebraverit, ut *Æn. Aulian.* portaret: nisi forte iste addidit celebravit, non eam primus invenit. Similiter de Arphaxad, Iudith. 1. 1. dicitur: *Ipsæ edificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanis:* quæ quidem constat existisse tempore Tobie: cap. 5. 8. & *Darij* Hytaspis, 1. *Esdr.* 6. 23. 6. 23. haud alia de causa nisi quia Ecbatana ornavit muris, turribus, & portis speciosis ac validis, ut dicitur loc. cit. Iudith. De Hiële etiam refertur à Sacra pagina edificasse lericho, destructam à Iosue, 3. *Reg.* 16. 34. quia reedificavit. His ergo elucet edificatio pro decore, illustratione, augmento aut pulchritudine rei edificatæ. Salomon edificavit templum additque toto illo opere edificatam edificasse edificium; verbo significante vasti pretiosi corporis molem, participio verò tantæ molis pulchritudinem: e quidem non solum templum è pulvere crexit; sed divite supellectili mirifice, uti vidimus, ornavit.

17 Participium præsentis additum eiusdem significationis verbo, signat quandoque opus sine cessatione, vel continuationem operis usque in finem: quod quidem apud Hebræos est infinitivum, quippe carent participijs; hisque tam Septuaginta, quam Hieronymus opportunè utuntur, quia sine illis nobis essent obscura, quæ Hebræis luce profectò clariora. Siccine non solum participia, sed etiam verba verbis coniuncta vertit Maluenda pro infinitivum. Quoniam innumera, prætermitto meditare exempla. Sufficiat præsens Pleonasmus: *Edificans edificavi.* Legit igitur: *Edificare edificavi.* Ergo in participium huicæ Tautologia. Continuationem operis intenti connotat. Unde Ribera doctissimè in illud *Osai*, 1. 2. *Fornicantes fornicabitur terra à Domino* (Hebr. *Fornicari fornicabitur*, quia infinitivum abstrahit à præsentis, futuro, præteritoque tempore sine ullo numero, nec personis) insit: *Filij fornicationum filij Israël:* (idest, idololatæ, de quo *Tautolog.* 10.) & ut intelligitur, magis ac magis in dies fornicabuntur. Hoc est, à ceptis non cessabant, sed ultra procedent: in idololatria persistent, Hæcine regulâ genuinè exponuntur plura S. Scripturæ testimonia, maximè pleonasmica. *Ego sterilis, & non pariens.* *Iai.* 49. 21. Idest, continuò sterilis. *Thren.* 1. 2. *Plorans ploravit.* Nimirum, perpetuò, incessanter plorans. Haud aliter: *Coronans coronabit, germinans germinabit, castigans castigabit, miserans miserabitur, prævaricantes prævaricati sunt, peccans peccatum, euntes abibunt, veniens veniet.* Sic alia quæ signant opera sine intermissione propositi. Haud alio sensu intelligendum participium in nostro testimonio. *Edificans edificavi.* Non solum in opus ut edificaretur, incubuit; sed edificatione intendit, quia ab opere non cessavit, neque diem sine opera prætermisit, ceptis addens, quæ templum accrescens: & ut dicit Q. Calaber, 2. *Paralip.* v. 305. ex quo Virgil. 4. *Georg.* v. 169. 1. *Aeneid.* v. 440. & 4. v. 407.

Auctor rei dicitur auctor.

Ovid. Propert.

Virgil.

Spart.

Secund. exposit.

Maluend.

Geminatio participij & infinitivi cum verbo eiusdem significationis, continuationem actus indicat.

Tertia exposit.

Ferret opus.
Opere omnis semita fervet.
Homer. *Odyss.* v. 336. *Asidmè semper:* non solum tempore congruè in templi edificium; sed in ornatum, quod geminatione Ethnicis proferunt. Euripid. in *Rhes.* v. 202. *Ornat ornatus.* & *Plaut. in Milit.* Act. 4. scen. 4. v. 41. *Ornatum ornatus.* Haud esset mirum, quod faveret cælum, quando pro templi fabrica sub Herode, dicit Iosephus, 15. *Antiq.* cap. 14. *Fertur, toto tempore quo templum extruebatur, nunquam interdiu pluisse, noctu tantum imbribus descendantibus, ne interrupteretur edificatio.* Summæ etenim voluptati,

Magnificas laudes operosumque visere templum.

18 Haud violenter Pleonasmus exponi quit per adverbium, q. d. Lucundè, gaudibundè edificavi. *Edificavi planè & omnino:* inquit Maluend. Idest, perfectissimè absque ullo operantium artificio incommodo, imò cum summa felicitate. *Edificando edificavi,* uti legit Caictan, ut ostenderet conatum & desiderium per epitafium. Gerundium cum verbo cuius gerundium, importat necessitatem, iuxta Azebed. ad 1.6. lib. 3. titul. 9. n. 16. & Rebus. dict. tract. de *Sentent. provisio.* sed iuxta Alexand. *Consil.* 91. n. 3. Decian. *Consil.* 46. n. 37. *Curt. Iun. Consil.* 264. n. 32. Roland. à Vall. *Consil.* 61. n. 40. & *Tusch. Litter. G. conclus.* 28. à n. 1. importat maiorem deliberationem, & enixam voluntatem disponentis, vim latiorè & ampliorè; quàm apud iurisconsultos habent verba geminata: quæ quidem vis maior constat & geminatione pleonasmica, aut pallidicà, & participio, gerundiove verbi eiusdem sensus. De sacris plura diximus, & apud Profanos frequentissimus usus: Plato in *Sympo.* inquit: *Faciem faciendo faciet.* Homer. *Odyss.* 8. v. 361. *Spondones ad spondendum.* & 10. v. 454. *Flebant lugentes.* Euripid. in *Hecub.* v. 1092. *Clamorem clamorem,* clamando clamorem. In *Electr.* v. 1065. *Prætextum prætexens.* Sophocl. in *Oedip. in Colon.* v. 372. *Passiones patiens.* v. 494. & 1011. *Deprecare precatens.* Plaut. *Curcul.* Act. 1. scen. 2. v. 4. *Veteris vetasti.* In *Menaechm.* Act. 1. scen. 2. v. 42. *Caveo castiis.* *Martial.* lib. 11. *Epigr.* 32. *Cavus lances.* Claudian. 2. in *Rufin.* v. 238. *Non dissociabile corpus, nonian sumque sumus.* *Manil.* 5. *Astron.* v. 255. *Humor alit, nec deserit undam.* Denique Virgil. 6. *Aeneid.* v. 112.

Ille meum comitatur iter, maria omnia metum.

19 En cuncta genera epitafis, quæ aliquando superlativum notant. *Ecll.* 7. 25. *Alta profunditas.* Ubi Hebr. *Profundum, profundum.* Syr. *Profunditatum profunditas:* hoc est, Profundissimum. Theocrit. *Bdyll.* 9. v. 8. *Dulce etiam fistula, dulce & ego:* nimirum, dulcissimus ego. Ovid. 1. *Metam.* fab. 9. *Nescis temeraria, nescis:* idest, nescia maximè opere. Iuxta huiusmodi interpretationes delicare possumus geminationem testimonij præfati: vel quatenus Salomon expressit in templi fabricam summum conatum, iuxta flagrans desiderium, sine suspensione vigil studium; ductus amore in Deum pro eius insigniore honore, & sublimi reverentiã, in locum maiestatis: ut legit Chald. vel quatenus vehementissimè gaudebat, eò quod videret perfectum & ornatum quod avidissimè desideraverat, in cuius edificium orbis opes iurè impenderat. Vel denique participio, uti supr. accepto pro adverbio, quatenus miraculosam etiam diceret mirabilem templi molem propter edificationis celeritatem; quæ constat ex fabrica domus Regis, minoris structuræ & amplitudinis, consumptis in ea ferè quatuordecim annis: 3. *Reg.* 9. 10-2. *Paralip.* 8. 1. *Edificans edificavit:* idest, citissimè. Phrasè Homeri, 19. *Iliad.* v. 317. *Citò & diligenter.* *Plauti,* in *Afinar.* Act. 1. scen. 1. v. 8. *Sine penis volatus.* Ex velocitate operis perfecti, quid eximium ac divinum autmabant Ethnicis, ut canit Q. Calaber de *Equo Durio,* lib. 12. à v. 141.

Sacrumque opus crescebat,

*Ut Equi verè viventis: siquidem Deo artem viro
Amabilem dederat: adeoque intra triduum cuncta absoluta
Palladis afflata.*

20 Jam ergo phrasîs edificationis enucleata: videndum tamen propositum phrasîs Bifariam potest esse. Primò ut Deum quasi obligaret ex opere in præsentiam & electi populi patrocinium. Q. d. *Edificans edificavi* pro tua maiestate templum: demonstra ergo effectû ad quod extractum hoc preciosum edificium. Ego edificavi, ut te habeam: ergo in hoc templo fac ut facilius, propiusque habearis. *Edificans edificavi domum in habitaculum tuum, firmissimum solum tuum in sempiternum.* Maluend. & Caictan. ex Hebræo: *Ad directionem ad solum tuum sempiternum, firmam sedem residantia, ad habitare te eternitates.* Diligens diligentes te, abundantiaque pietatis merita supplicum excedis & vobis

Virgil.

Iosephi.

Textor.

Maluend.

Participium pro adverbio, etiamque gerundium. Quarta exposit.

Virgil.

Theocrit. Ovid.

Vel pro superlativo. Quinta exposit.

Vel pro brevitati summa. Sext. exposit.

Q. Calaber.

Sept. exposit.

Hebræ.

Templi fabrica pro Dei presentia. Pagnin.

Apoc. 1: 3.

Claudian.

Officia exposit.

Participium verbi pro persona.

Acceptio Salomonis figuratur ubi a Deo templi edificator eligitur. Caietan.

Promissio Dei interdam conditionate.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

Ubi dicitur.

ta: gratijs in templo notescat presentia. Habita hic, siquidem *adificavi habitaculum habitaculi tui, ad habitare in secula.* Multæ sunt eundem tribulationes, unde clamor & dolor: inter nos templo extructo, habitante Numine, nihil timendum. Hinc dicitur: *Absergat Deus omnem lacrymam ab oculis, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra: igitur tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis & ipse populus eius erunt & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* Ne ergo frustraretur totius Israël, Salomonisque votum orat, Deum habitare, quod *adificavit in habitaculum templum.*

Hoc te donante creatur,

Debeturque tibi, certisque ambagibus avi, Ne pete firmatas pacis dissolvere leges.

21. Secundò, mirabili emphasi, quia grates repondit Salomon, eò quòd ipse electus, ut templum *adificaret.* Tu non *adificabis mihi domum, sed filius tuus:* dicitur David, 3. Reg. 8. 19. Deus promittit per illius filium *adificandum templum,* verum per quem filium, nequaquam dixit: gratiasque Salomon Deo solvit, perfectà fabrica quæ inter filios David in tam nobile ministerium electus est. Patet, 2. Paralip. 6. 2. ubi pro *Adificans adificavi,* dicitur: *Ego adificavi.* Quo quidem elucet sensus Tautologiz, quasi beneficium profectò speciale, quòd eligeretur ille. Hinc Rex dicit, v. 24. *custodisti seruo tuo David patri meo, que locutus es ei. Ore locutus es, & manibus perfecisti:* ut hæc dies probat. Pro intelligentia testimonij, sciendum est, multas promissiones Dei in Scriptura, esse conditionatas. Plura diximus, Tom. 5. T. 6. n. 23. & T. 9. n. 61. Caietan, in Exod. 23. 20. cum signaretur Moyse uti Angelus, ut in terram promissionis introduceret Israël, inquit: *Nec te moveat, quòd non fuit verificatum: nam testatur ipse Deus, impedimentum præstasse ipsum Moysem, peccando in aquis contradictionis.* Intelleguntur enim buliswoedi divina promissiones, nisi impedimentum præstaret peccando. Itaq. 38. 1. dicitur Ezech. chiz: *Dispone domus tue, quia morieris tu & non vives.* 4. Reg. 8. 10. *Vade & avertes naberis.* Porro ostendit mihi Dominus, quia morte morieris. Sub conditione cuncta. Languor nimium, non ita urget, quòd vita privetur; sed morietur profectò, quia deficiet vis suffocationis, non agnitudo, v. 15. Eodem sensu prædictio mortis Ezechiz. Naturaliter morietur erat, quia ex se morbus lethalis; ita ut necessarium esset miraculum, quo liberaretur ab urgentia mortis. Promisit Deus Abraham & seminij eius terram Chanân in æternum. Genes. 13. 15. Minatus est Niniven intra quadraginta diem spatium subvertendæ dam. Ion. 3. 4. Utrumque conditionatum: igitur promissiones Israëlite frustrant peccandos & minas Ninivite penitendo. Sic intelligendum illud 1. Reg. 13. 15. *Si non feceris, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum.* Idem de Summo sacerdotio in familia Heli, expressa conditione promissionis. Loquens locutus sum, ut domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus, *Abstine hoc à me, &c.* Vid. infr. à n. 50. eundem rationem.

22. Magis roborandum est, ex eo quòd alijs locis Scripturæ declarantur conditiones promissionis, quæ videbatur absoluta. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum: habet vitam æternam. Ioann. 6. 54. 58. Paulusque 1. Cor. 11. 29. signat conditionem, quippe qui obicem ponit, *Iudicium sibi manducet & bibit, non discernens corpus Domini.* Matth. 7. 8. dicitur: *Omnia qui petit accipit, &c.* Iacobusque delicat, quomoddò Christi promissio, dicens cap. 4. 3. *Petitis & non accipitis, eò quòd male petatis.* Sic alia testimonia (in quibus profectò conditio subintelligenda) quin sint absoluta, ut distorto sensu cavillatur hæretici; maximè, dum Scriptura loquitur de fide & Spe: siquidem non solum nihil boni agentes, sed etiam flagitiosi stulte arbitrantur, solà fide iustificari, iuxta illud Marc. 16. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Ioann. 3. 16. *Ut omnis, qui credit in eum, non peccet.* Act. 10. 43. *Propitè testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.* Conditiones harum auctoritatum clarescunt ex alijs Sacri pagin. loc. Hebr. 5. 9. *Christus factus est omnibus, obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.* Fides enim salvat, sed fides, quæ per caritatem operatur. Galat. 5. 6. *Quid proderit, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid (inquit Iacobus, 2. 14.) poterit fides salvare eum?* Nullo modo. Fides sine operibus mortua est. Fideles ita contententur se nosse Deum, sed factis negant.

23. His præmissis cognoscitur causa gratulationis Salomonis. Promisit Deus David, filium *adificaturum templum.* Hic fuit Salomon, & non solum gratias agit Numini de elec-

lectione, sed de perfectione omnimodâ templi: etenim etiam Deus promiserat, poterat esse promissio conditionata, ac demereri aliquâ notâ aut incognitâ noxâ, & expelli à templi fabrica: grateque Salomon merito Deo refert verbis fractatis, *Adificans adificavi.* Nec in opus electum (quod speciale beneficium) nec in processu operis, aut in eius consummatione, Deus Salomonem reprobavit, igitur Numinis gratia, quævis promissio Davidi facta, conditionata fuisse, nihil inventum quod Domino displiceret. Ideo dicitur cap. 6. 14. *Adificavit Salomon domum, & consummavit eam.* Sicut cepit, ita templum consummavit, & perfecit. *Adificavit adificavit,* qui semel propositum frustraretur, nec Salomon in opus destinatus removeretur ab opere. *Confirmauit Dominus* (dicitur v. 20) *sermonem suum, quem locutus est, & adificavit domum nomini Domini Dei Israël.* Sic ergo *adificatus* exultatione universæ terræ mons Sion, civitas Regis magnis propter eam Salomon gestit, & Numini præ tanta dignatione gratias agit. Ad rem Plautus, tam in *Pennil. Act. 1. scen. 1. v. 5.* quam in *Trinum. Act. 4. scen. 1. v. 2.*

Non conditionatè, sed absolute, pro contentantia animi, & infallibilitate propositi; dicit Deus facturus de templo destructo & Republica exulce. *Adificabo te;* & *adificaberis.* Minatus fuerat templi ruinam illa emphasi ad *adificatorem* pendula voce: *Domus hæc quam adificas, si &c.* id est, si aversione averti fueritis, redigetor in pulverem. Factum est: sed pietate ingentâ motus (ac penitentiâ ductus, ut dixit per Ieremiam, 18. 8. de quo egimus, Tom. 5. T. 6. n. 36.) corditus loquitur: *Adificabo te & edificaberis.* Ubi Doctus. Sanctus, n. 41. subdit: *Sicut geminato vocis aut sententia sic sententia activa atque passiva, formâ iterum explicata, vim habet maiorem & potentius.* Quodam pondus exponam & lucem in affines pleonasmos. Haud animus despondendus vel in hoc universaliter exterminio. Ore locutus sum, & perficiam que locutus. Nihil obtabit, ut recidideris. Etd cor hostes ingrant, erigetur templum. Magna erit gloria domus illius novissima, plus quam primæ. Cælum & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt, quin obliviscat Israël. Filij revertentur de terra inimici: v. 16. *Rursum adificabo te, & edificaberis.* Misram miserabor. *Revertere virgo Israël, revertere ad civitates tuas istas. Istas,* magis promissionis pondere, & certitudine: dicitque Dominus *istis civitates* demonstrative, quæ non erant, nisi facturæ: quia ita certò reedificandæ, quasi illas videret. *Istas,* quæ nequibant esse ista, in augmentum gaudij reedificationis; quippe in eodem loco, quo pridem sita; reedificandæ illustres civitates. Diximus Tom. 5. T. 12. n. 19. & 20. ad illud Zacharie, 13. 6. *Habitabitur Ierusalem rursus in loco suo, in Ierusalem.* Pro gloria insigni habebant Præfici, etiam Ethnici, reedificationes fieri eisdem in locis quò prius urbes aut templa diruta. *Urbes bauitas* (inquit Senec. 7. de Benef. cap. 31.) *sæpius eodem solo conimus.* Cum recedere vellet, seu potius *adificare* denuò, Domitianus exultum Capitolium; *Ab eo contracti aruspices, monuerunt: reliqua prioris delubri in paludes abevertent: templum istud vestigijs sifteretur. Nolite Deo mutare veterem formam:* inquit Tacit. 4. Histor. cap. 53. & Callimach. Hymn. in Apollin. v. 15.

Templum conditum supra antiqua fundamenta. Tam de Civitate Ierusalem, quam de templo in eodem situ loquitur Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 4. & Esdr. 1. cap. 2. 68. 5. 16. 6. 7. Si hæc in relevatione gloria, *Revertere virgo Israël in civitates tuas istas:* igitur *adificabo te* rursus virgo Israël, & *adificaberis;* & in eodem loco; quò prius sita in gaudium universæ terræ. *Plantandos eodem in loco* (inquit Sanctus, in Ierem. 24. 6. n. 11.) *unde septuagesimo ante anno fuerant evulsi.* Sic enim maior ex relevatione plausus, & *adificij* decor: nam ut canit Valer. Flacc. 2. Argonaut. v. 74.

Ita ergo pro firmitate sententiæ, ac immutabilitate animi, utitur interdum Scriptura activis & passivis vocibus eiusdem significationis. Interdum affirmatione rei, & negatione contrariæ (quod quidem schema dicitur *Bebao si*) vel dum aliquid negatur & affirmatio negationis alstruitur, uti sæpe diximus & probavimus ex Sacris, Profanisque AA. Hæc enim regulâ proclive exponitur nostra Tautologia, & alia testimonia cognata. Ierem. 24. 6. *Adificabo eos & non destruarum:* Plantabo & non evellam. Psalm. 27. 5. *Destrues illos;* & non *adificabis eos.* 2. Cor. 10. 8. & 13. 10. *In adificationem & non in destructionem.* Sub metaphorâ plantationis & *adificij* fit locutio de felicitate, ac calamitate hominum. Potest aliquid *adificari*, sed destrui: plantari, & post-evelli. Plantaverat Deus populum

Non exp. si.

Unde exaltatio, Salomonis, dedicati templo.

Plaut.

Ierem. 31. 4.

3. Reg. 6. 11.

Quid necer geminatio activa passiva? Sanct.

Iere. 31. 11.

Terrib. Dei nequaquam irrita.

Senec.

Tacit.

Callimach.

Terusalem & templi gloria, quòd in eodem situ reedificata.

Val. Flacc.

Bebao si.

Ierem. 44. 6.

Psalm. 27. 5.

2. Cor. 10. 8.

3. Cor. 10. 8.

lum Israël (Exod. 15. 17.) & collocaverat quasi in firmissimo habitaculo, maximè ex-
 tructo Sanctuario, quod firmaverat manus eius. Quos plantaverat, evellit; destruxit;
 quod ædificavit: & cum decreverit cunctorum restaurationem, pro stabilitate decreti im-
 mutabilis; ait: *Rursum ædificabo te, & ædificaberis.* Ædificavi, sed ædificium destruxi:
 non ultra cum reædificavero, destruiam. Non ultra avelleris: sed permanebis mirè clari-
 tate splendoris: luce splendida fulgebis. Sub specie ædificationis sepe destructiones fiunt.
*Venerunt structores tui, destruentes te: dixerat per Isaiam, 49. 17. Non ita erit: Ædifica-
 bo & ædificaberis. Ædificabo & non destruiam: plantabo & non evellam.* Promissio isthæc
 in ædificationem, & non in destructionem. Loquitur ad cor, & placida loquitur. Quos Deus
 averfatur, plantando diruit, ædificando evellit. Quare dum dicitur: *Destrues illos & non
 ædificabis eos;* idem est, ac nunquam restaurabis. In miserijs non subsistent, nec resituen-
 tur in pristinum statum. Iratus est, & misertus Israël. Ita David, Psalm. 59. 3. *Iratus es,
 & misertus es nobis.* Iratus, destruens quod ædificasti: misertus, erigens quod destruxisti.
 Cæterum aliter cum peccatoribus, *Destrues illos & non ædificabis eos.* Iacebunt (expo-
 sito testimonio per adverbium) omnino, prorsum, semper, sine ulla aliquando vel creatio-
 nis spe. Per Bezañum accipitur prima periodus pro *Non solum*, secunda pro *Imò*: tuncque
 Tautologia sensus: Non solum non extrues, sed destrues, imò nunquam restaurabis. Hand
 aliter: *Mutabis eos, & mutabuntur.* Vide dicta, Tom. 4. T. 12. n. 10. Nos, ut dicis, ædifica-
 bis iterum, & non avelles: siquidem firmiter accipies in gratiam tuam, reformando mor-
 rentes, & resituentem in antiquas, vel ampliores felicitates: nos vero peccatores, quos à
 statu falso mutasti; quoniam irritaverunt te Domine, & in amaritudinem coegerunt. *Mu-
 tabis eos & mutabuntur*, non restauratis, nec admissis in gratiam, quos semel expulisti &
 depexisti. Firmitas decreti promittit, ut patet in varietate lectionum. Syr. *Restaurabo te,
 & restauraberis.* Chald. *Confirmabo te, & confirmaberis.* Septuag. in illud Proverb. 8. 23.
Ab aeterno ordinata sum: legunt, Fundavit me, & fundata sum. Chald. *Preparavit, &
 preparata sum.* Ita quidem stabile Dei consilium, quod egregie expressit Homer. 5. *Odysse*
 V. 113.

Nulla modo fas est Iovis mentem

Neque prætergredi, neque irritam facere.

26 Unde qui evulsi non ædificati, nec ædificandi, dicitur 3. Reg. 9. à v. 6. (patu-
 que exemplum in decem tribubus, ut ait Ioseph. 11. cap. 5. *Antiq.* miserante Domino Iu-
 da & Ierusalem) *Si autem aversione aversi fueritis vos & filij vestri, austram Israël de
 superficie terre, quam dedi eis, & templum quod sanctificavi nomini meo, projiciam de
 conspectu meo; eritque Israël in proverbium & in fabulam cunctis populis.* Aversione
 averti, non solum est averti, sed persistentia in aversione. Maluenda: *Si revertere reverti-
 mini vos de post me* (non vestigia mea sequentes) omnino, prorsus. Est clausum ostium, ne
 Solis radius ingrederetur in lumen: igitur stante Domino ad ostium, & pulsante; nec au-
 ris in auditum, nec motus in conversionem. Queritur & iurè de saxo corde. *Nunquid* (ait
 per Ierem. 8. 4.) *qui cadit, non surgit? Qui aversus est non revertetur? Quare ergo aver-
 sus est populus iste aversione contentiosus? Nel cognitione peccati, subigitur ratio, legum,
 cunctorum profectione iugo: & sine conversione converti volunt? Non iustificabitur homo
 compositus Deo: idest, cum Deo pugnans, ut ait hic Gregor. Magn. lib. 9. cap. 2. Utitur
 que acceptio Senec. de Provid. cap. 2. *Vir fortis cum mala fortuna compositus*, idest,
 pugnax. Dispergit, qui cum Deo non colligit. Aversi sunt & tentaverunt Deum. *Accer-
 runt facies suas, & præbuerunt dorsum:* uti diximus suo loc. ita Deus vicem rependens ma-
 natur, Ierem. 18. 17. *Dorsum, & non faciem ostendam eis.* Minz sicine fulminatæ in
 aversionem (animi in criminibus connorantem permanentiam & perva-
 ciam) sed gratia lachrymis prompta. Unde nequaquam nisi indulgentia per conversionem
 (cordis puncti poenitudinem, qua moti qui destructo templo exules) redire cupiebant in
 patrios Lares. Verum cum voluntate sua cadat, qui cadit, & non furgat vulneratus, qui
 voluerit, quia *Ipse se vulnerare potest, sanare non potest* (ut ait Bernard. de Grat. & li-
 ber. arbit. cap. 7. August. ferm. 5. de Verb. Dom. secund. Matth. & de Bon. persever. cap. 8.)
 nequeatque naturæ viribus fieri reconciliatio; dum Deus restaurationem promittit, res-
 pondet Israël: *Castigasti me & eruditus sum: converte me & convertar.* Non querit medicum
 ut vulneret, sed cum a se vulneratus fuerit, medicum querit ut sanet; quippe qui semper
 est bonus, ipse facit ex malo bonum. Eodem modo post ruinam Ierusalem, ut sub me-
 thaphora reversionis è Babylone, exprimeretur reversio in Numinis gratiam; animorum
 conversiones subditur; *Converte nos Domine ad te, & convertemur.**

Affirmatio
 & negatio
 contrarii pro
 firmitate
 propositi.

Verbum pro
 adverbium.

Psalm. 101.

Hebr. 1. 12.

Homer.

3. Reg. 9. 6.

Maluend.
 Fugit Dei
 gratia, ubi
 cordis in ma-
 lo persisten-
 tia.

Iob. 9. 2.

Senec.
 2. Paral. 29.
 6.

August.

Homo per se
 potest cade-
 re, non sur-
 gere.

Ierem. 31.

18.

Orat. v. 21.

27 In superiorem gratia statum adducunt Scholastici DD. huiusmodi testimonia: inter
 quos grave certamen. In digladiato articulo possum dicere, quod Horatius 2. Epist. 2. à
 v. 60.

Et sale nigro

Tres mihi convivæ propè dissentire videntur,

Poscentes vario multum diversa palato,

Quid dem. Quid non dem. Renuis tu quod iubet alter:

Quod petis, id sanè est invisum, acidumque duobus.

Tristia robustis luctantur funera plaustris.

Horat.

Quid ergo agam? Agam munus, quo fungor Expositoris: non Scholastici, ut plaudar si-
 mul & ridear. Sanè inconcussum ex Sacr. pagin. sine Deo nos nihil posse facere, ad quod
 profectò necessarius est concursus prævius & simultaneus: prævius, quo excitamur, vel mo-
 vemur in opus; quia Deus queri & inveniri potest, sed non præveniri: simultaneus, ut
 omnia opera nostra operetur nobiscum, *Prævenit igitur* (ait Fulgent. 1. ad Monim. cap. 11.)
*ut impius fiat iustus: subsequitur iustum, ne fiat impius. Prævenit cæcum, ut lumen quod
 non invenit donec: subsequitur videntem, ut lumen quod contulit, seruet. Prævenit el sum,
 ut surgat: subsequitur elevatum, ne cadat. Prævenit, donans homini bonam voluntatem:
 subsequitur benevolentem, operando in illo boni operis facultatem.* Nervosè S. Prosper Aquin-
 tan. Epigram. 44.

Concursus
 Dei prævius
 & simulta-
 neus in opus
 bonum.

Fulgent.

Sed quia mens anceps patitur mala corporis ægri,

Quærere divinum cogimur auxilium.

Prosp.

Unde meditante dicitur: *Ædificabo te, & ædificaberis.* Hebr. & Maluend. *Ædificaturus
 ut ædificeris;* quippe minimè ædificatur homo, ni ut ædificetur, præveniat animus Deus.
 Necessarium utique in huiusmodi opus liberum arbitrium hominis: verum gratia præve-
 niente vel motum liberi arbitrij; ut statuit August. de Grat. & liber. arbit. cap. 5. de quo
 plura infr.

Maluend.

28 Priusquam progrediamur, occurrit Antologia, necessariò concilianda in expedi-
 tiorum cursum. Per Zachar. dicit Dominus: *Convertimini ad me & convertar ad vos:* quod
 sanè videtur opponi testimonijs præf. Ierem. igitur videtur Deus, nostra voluntatis con-
 versionem præveniens, præveniri à nostra voluntate. Stabilitur intelligentia in concordiam
 à Trident. Synodo sess. 6. de Iustific. cap. 5. ubi: *Unde in Sacris literis cum dicitur: Con-
 vertimini ad me, & ego convertar ad vos; libertatis nostræ admonemur. Cum respondemus:
 Convertite nos Domine ad te, & convertemur; Dei nos gratiâ præveniri, consistitur.* Totum
 ex Augustin. loc. nuper cit. *Unum horum videtur (inquit) nostræ voluntatis, idest, ut con-
 vertamur ad Deum: alterum verò ipsius gratiæ, idest, ut etiam ipse convertatur ad nos. Non
 secundum merita nostra, ut intendebat Pelagius: aliâs gratia, iam non gratia: & neutri-
 quàm ex operibus iustitiæ, qua fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos
 facit.* Tit. 3. 5. Taxat Pelagianorum phantasiâ Prosper, de Ingrat. à v. 850.

Zach. 1. 3.

Conc. Trid.

August.
 Non ex ope-
 ribus iusti-
 ficamur.

Si tamen hac propria virtute capessere quoniam

Posse putant, sit ve ut dignus labor iste iuvaret,

Ingenium meruisse atunt bona vera petenti:

Crescere quo cupiunt, minuuntur proficiendo:

Deficiunt, surgendo cadunt: currendo recedunt.

Unde etenim vani frustra splendescere querunt,

Inde obscurantur, quoniam sua (laudis amore)

Non qua sunt Christi querunt; ne sit Deus illis

Principium, & capiti non dant in corpore regnum.

Prosp. Aq.

Hand aliter homo compositus Deo, qui compositione nequaquam iustificatur. *Homo non
 compositus* (ait Greg. Magn. ubi n. 26.) *iustitiam percipit, compositus amittit;* quia quisquis
se auctori bonorum comparat, non se quod acceperat, privat.

Greg. Mag.

29 Possimus etiam dicere ad Antologiam, illos iam esse conversos, sed non ex ani-
 mo, aut omnino: propterea apud Iocè 2. 12. *Nunc dicit Dominus: Convertimini ad me in
 toto corde vestro.* Ita cap. *Convertimini*, de poenitent. dist. 1. Conversio vera, non erat
 scindere vestimenta, sed corda; & relicto poenitentis crimine, ad Deum toto corde conver-
 ti, nec cum ad eum ambularent, reverti retrorsum. Totum enim cor est directio etiam cog-
 itationum, quia Hebræi rebelles crimina cogitata non computabant crimina. In hos Chri-
 stus Matth. 5. 44. *Ego dico vobis, &c. v. 28. Iam mœchatus in corde;* uti notat Hiero-
 nym. hic. *Quid, ubi vel Ethnici norant? Senec. de Constant. sapient. cap. 7. Omnia sceler-*

Iocè 2. 12.

Criminosa
 crimina cog-
 itata.

Senec.

Aliam. *Etiam ante effectum operis, quantum culpa satis est, perfecta sunt. Aliam. 14. Var. historia cap. 28. Non enim solum (inquit) qui iniuriam infert, malus est; verum etiam qui iniuriam inferre in animum inducit. Denique Luvenal. Satyr. 13. v. 208.*

Juvonal.

Hæc patitur pœnas peccandi sola voluntas; Nam scelus intra se tacitum qui cogitat alium; Facti crimen habet.

Sine respicientia, nulla conversio.

Alibi dicemus alia. Constat, quid sit cor perfectum, totum cor, illoque querere Dominum: qui profectio vocat conversionem perfectam, ad quam ille excitatur, ut possit conferre gratiam. Hinc *Convertimini ad me, & convertar ad vos*; est, q. d. cognitione peccati, & contritione (quæ quidem licet remissionem præcedat & casualiter, à gratia sunt) coöperamini auxilio excitanti vos, vel movemini in criminis aversionem. Deinde auxilia, ut converteremini: convertimini, ut vobis concedam gratiam insufficientem: Conversio per quam homo devius præparatur ad gratiam, est operatio Dei, animam convertentis; ut fiat motus voluntatis in Deum gratiâ iustificante, quæ est meritum beatitudinis ad totam conversionem in Deum per dilectionem perfectam in gloria. Ita D. Thom. 1. 2. q. 62. art. 2. ad 3. & ideo apud Ierem. 15. 19. dicit Dominus: *Si converteris, tunc tam te. Modò accipiatur si*, pro particula conditionali, connotante liberum arbitrium in consensum vel dissensum (de quo fuse disputat Henric. Cerf. *Contröo. special. de Libertat. arbitri.*) sensus est: Modò convertamini, favebo vos: aliter nequaquam. Conversio Dei in nos, dicitur favor & protectio eius. Zachar. 1. 16. *Revertar ad Ierusalem in misericordia.* Psalm. 6. 5. *Convertere Domine, & eripe animam.* 70. 21. *Convertens consolatus es me.* Idem 84. 7. *Isai. 63. 17. Convertere propter servos tuos; & Cant. 7. 10. Ego dilecto meo, & ad me conversio eius.* Patet per conversionem Dei eius gratiam indicari, ac favorem, quem promittit rectis corde; quippe cor multorum vel redeuntium in patriam non erat rectum cum eo. Ergo audi dicentem (inquit Angustin. de Verb. Dom. secund. Ioann. ferm. 55. & homil. 34. inter 50.) *Convertimini ad me & ego convertar ad vos. Non enim Deus avertitur & convertitur. Aversus est, quia tu te avertisti. Tu ab illo fecisti casum; non ipse à te fecit occasum.* Convertimini ad me, & ego convertar ad vos: hoc est enim quod convertar ad vos, quia convertimini ad me, & ego convertar ad vos: hoc est enim quod deumntis illuminat. Quod enim fugies à Deo? Fugiens, quò fugies? Qui conversum liberat, puniit aversum.

Ierem. 15. 19.

Conversio pro favore & auxilio.

August.

30 Etiam conversionem (ad quam Deus dicitur convertendus) possumus interpretari perseverantiam in conversione; seu primæ conversionis continuationem, qua Dei patrocinium persistat, ne relinquentes relinquat. Nec novum est in Scriptura rei continuationem & augmentum rem ipsam dicere. *Qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc.* Apocal. 22. 11. Ubi ut claret, perseverantia, continuatio, & augmentum iustitiæ dicitur iustificatio, quasi esset infusio gratiæ prima & nova. Sic illud Act. 13. 33. *Resuscitans Iesum, scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Claruit à Deo genitus, quia tunc maiestate notus. Ioann. 12. 23. *Venit hora, ut clarificetur filius hominis.* v. 28. *Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo: & clarificavi, & iterum clarifico.* Sic sæpe alibi apud eundem. Non quia Salvator N. esset obsecutus, tunc dicitur clarificatus sed quia tunc clarior fiebat & notecebat gloriofior. Idem dum dicit, *Matth. 28. 18. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Cum fecisset Christus miraculum in Cana Galilee, dicitur: *Crediderunt in eum discipuli eius.* Ioann. 2. 11. Haud tunc illorum iudicare debemus fidem primam; sed auctiorem, quia miraculo suam Christum manifestavit gloriam. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Genes. 15. 6. Firmiorem fidem signavit, non primò tunc credidit; quippe pridem fide à Chaldæorum terra atque erroribus exivit, Hebr. 11. 8. Eodem sensu dicunt discipuli post cenam: *Nunc scimus quia sis omnia: in hoc credimus, quia à Deo existis.* Ioann. 16. 30. Vide alia, *Tom. 7. 1. 11. n. 29.* Non secus in præfenti testimonio, *Convertimini ad me & convertar ad vos.* Non prima signatur conversio populi, quam sine dubio prevenit auxilium divinum pro iustificatione, quæ dicitur conversio Dei; sed continuatio conversionis, ut in ipsis iam conversis & iustificatis gratia permaneret: igitur præter illi stare, & stare Dei patrocinium; à cuius gratia etiam gratia permanentia. *Voluntate Dei fiat qui stat* (inquit August. de Bonâ persev. c. 8.) *potens est Deus statuere illum: non ergo ille seipsum, sed Deus. Fulgent. loc. cit. n. 27. Hoc igitur (inquit) ista misericordia Dei in homine subsequitur, quod preveniens ipsa largitur: & ideo non solum errantem iustificando ad viam revocat; sed etiam bene ambulantis custodit & adiuvat.* Converterit Deus profectio ad conversos, ut qui se existimat stare, videat ne cadat.

Pro permanentia conversionis.

Continuatio operationis, non dicitur operationes.

August.

1. Cor. 10. 12.

31 Modò in Tautologiam Ieremias: *Edificabo te & edificaberis*, Quo videtur nullo modo spectari liberum arbitrium hominis: igitur infallibiliter seu efficaciter notatur effectus ex prædeterminatione Dei in eius ædificum. Dixi supra non mittere falsem in mefsectus alienam ad instituto, & munus meum esse Expositoris in veritate, nequaquam in veritatis dispositionem. Quid igitur agit liberum arbitrium? (Bernard. de Grat. & lib. arbitri. cap. 1.) *Salvatur. Tolle liberum arbitrium: non erit quòd salvetur. Tolle gratiam: non erit unde salvetur. Opus hoc sine duobus effectis non potest: uno, à quo fit; altero, ead vel in quo fit. Deus auctor est salutis, liberum arbitrium tantum capax. Nec dare illam, nisi si Deus; nec capere valet nisi liberum arbitrium. Quod ergo à solo Deo, & soli datur libero arbitrio, tam absque consensu esse non potest accipientis, quàm absque gratia dantis. Totum meritum, imò totum opus in meritum, consensus est voluntatis: at nec ipse consensus, in quo meritum, ab ipsa est, quippe sufficientia ex Deo. Operatur Deus & bonum cogitare, & velle, & perficere pro bona voluntate eius, id est, beneplaciti. Primum est sine nobis: velle, nobiscum: perficere, per nos facit. Immittendo igitur bonam cogitationem, excitando nos prævenit: immutando malam voluntatem, nos sibi per consensum iungit: ministrando & consensui facultatem, opus per nos sapientissimè perficit. Ab ipso iudicabitur nostræ salutis exordium; quia neminem salvat, quem non præveniat: sed præventio nec per nos utique, nec nobiscum: verum consensus & opus, est non ex nobis, non tamen sine nobis. Ipse Deus cum eis. Apocal. 21. 3. & Paulus, 1. Cor. 15. 10. *Gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit; sed abundantius laboravi: non ego autem (id est, non solus) sed gratia Dei mecum.* Floride Bernard. d. cap. 14. *Cogendam ergo me aut vobis voluntati attribuamus, quæ infirma est, aut Dei necessitati, quæ nulla est; sed soli gratia, quæ plenus est. Ipsa liberum excitat arbitrium, cum seminat cogitatum; sanatur, cum immutat affectum; roborat, ut perducatur ad actum; servat, ne sentiat defectum. Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, ut tantum illud in primo præveniat: in ceteris comittitur. Ita tamen quòd à sola gratia conceptum est, pariter ab utroque perficitur. Non partim gratia, partim liberum arbitrium; sed totam singula opere inavoiatò peragunt. Totum quidem hoc & totum illud: sed ut totum in illo, sic totum ex illa. Clarissimus radius in expositionem Tautologia.**

Mo-

32 Sub metaphorâ ædificij obijcitur collatio gratiæ, sine qua ædificium animæ omnino dirutum, quoniam quæ Deus perfecit, criminia destruxerunt. Gratiâ enim fit, ut ædificetur muri Ierusalem, igitur qui vocati & iustificati coædificantur, tanquam lapides vivi in domum spiritalem. Sine Deo quodlibet ædificium in pulvere dormit: & cum ab illo totum bonum, dicitur in erectionem: *Edificabo te, & edificaberis.* Non edificaberis velis nolis: voles ædificari & edificaberis. *Edificabo te*, quia sine me, quantumvis voleris, nequibus ædificari. *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Rom. 9. 16. *Edificaberis*, quia ædificationi consenties, & consentiendo perficies. Præventio in ædificum sine te, tota à me: ædificium à me tecum: perfectio ædificij, tui, tibi, in te, tecum & mecum. Totum in libero arbitrio, totum in gratiæ; sed non seorsum, nec vicissim, sed unâ: ita ut sicut totum à gratiæ virtute, ita totum fit in homine & ab homine, consentiente voluntate. Ita ædificium animæ & formatur & perficitur. Præventio, motio, excitamen, sine illa: velle, cum illa; perficere cum illa & in illa. Liberum sine illo, præveniendo Deus excitavit arbitrium: voluntas consentiendo, immutavit affectum; & coöperatione perfectè totum ædificium perductum in actum. Appositè Mellissus Doctor, super *Missus est*, Homil. 4. n. 11. *Sic pius Dominus, qui omnes homines vult salvos fieri, merita nobis extorquet à nobis: & dum nos prevenit tribuendo, quòd retribuatur; gratias agit, & meritis tribuat.* Si Ierusalem ædificatur ut civitas, in cuius structuram huiusmodi conditiones; *Edificabo te, & edificaberis.* *Edificabo & non destruum.* *Edificans edificabo.* Quicquid ita gelleris, erit in ædificationem & non in destructionem.

33 Verum quomoddò sine violentia trahitur, sine coactione ducitur, ut velit; cum homo possit resistere? Quomoddò ultrò progreditur, si trahitur? Quomoddò trahitur, si intrare compellitur? Nemo salvatur invitus. Semper liberum arbitrium: & ubi liberum consilium, liberum sanè complacitum, quia beneplacitum. At hoc, *Tom. ult. T. 4. ad illud Pauli: Creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei.* Respondet Bernard. quò n. 31. cap. 11. *Beneignus Pater nullum tamen indicat salute dignum, quem antè non probaverit voluntarium.* Resistentia ex parte creature, five non consentientidò, five repugnando, five non sequendo, five in aliud transuendo, five contra agendo, five discessu, five non usu inclinationis (de quibus modis Angel. Magil. 4. *Contr. Gestes.* *Tom. VI.*

Bernard. *Modi resistentiæ Dei voluntati.* *cap.*

Bernard.

Ordo gratiæ & liberi arbitrii in usu rituum.

Idem.

Quomoddò voluntatis humane & gratiæ Dei coöperatio.

Bernard.

Luc. 14. 23.

Bernard.